



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De daemonibus, qui visi sunt Moguntiae in superba veste feminae cap. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

transformans, ante eius ora refedit, quo viso territus, ilicò surrexit & fugit, hora eadem dolos diaboli minus obseruans. Videntur mihi tres istæ visiones, cōtra tria vitia satis esse necessariæ; prima cōtra vitium gulositatis, secunda contra vitium vanitatis, tertia cōtra tædium orandi. Licet non videamus, diabolus sæpe per huiusmodi fantasmatum horrores, dulcedinem in nobis extinguit orationis. Hæc mihi dicta sunt a supra memorato Hermanno Abbate, necnon & Waltero monacho de Birbec, qui illi familiares fuerunt. Reliqua eius acta & visiones audies in distinctione septima.

## CAPVT VII.

**R**etulit mihi quidam ciuis honestus, afferens suis temporibus Moguntia, si bene memini, hoc quod dicturus sum contigisse veraciter. Die quadam dominica, cum sacerdos in ecclesia, cuius erat plebanus, circuiret, & aqua benedicta populum aspergeret, ad ostium ecclesie veniens, matronam quãdam pōpaticè venientem, & ad similitudinem pavonis, varijs ornamētis pictam obuiam habuit, in cuius cauda vestimentorum quam habebat post se longissimam, multitudinem dæmonum residere conspexit: erant enim parui vt glires, nigri vt athiopes, ore cachinnantes, manibus plaudentes, & sicut pisces intra sagemam conclusi saltates. Reuera ornatus muliebris, sagemena diaboli est. Quos vt vidit, dæmonum quadrigam foris expectare fecit; plebem aduocauit, dæmones ne fugerent adjurauit. Territa illa stetit, & vt visiones populus videre mereretur, quia vir bonus ac iustus fuit, orationibus obtinuit. Intelligens mulier ob vestimentorum superbiam sic se a dæmonibus esse derisam, domum sedijt, vestimenta mutauit, & tam ipsi, quam cæteris sceminis, eadem visio occasio facta est humilitatis. **A P O L L O N I V S:** Si rot sunt dæmones qui nos miseros homines instigant ad culpam, puto quia multi erunt, qui consentientes trahent ad pœnam. **CÆSARIVS:** De hoc te magis instruam exemplis quam verbis.

*Mulieris  
ornatu  
dæmones  
gaudent.*